

Salimbene.

rifice sepelierunt. Ubi de consilio principis et patriarche moram fecit, quousque marchionem de Monteferrato ad se vocaret, qui tunc in Achonensi erat obsidione. Qua vocatione audita marchio, baronum communicato consilio, Antiochiam festinus adivit. In cuius absentia cum pedites exercitus Achonensis a nullo refrenarentur, in festo sancti Iacobi vagantium plusquam octo¹ Saracenorum impetu occiduntur. Marchio vero transiens per Tyrum comitem Henricum de Campania tunc applicantem maximo suscepit honore. Qui ad exercitum veniens dux est ab omnibus approbatus. Transiensque marchio per Tripolim viduas et orphanos et nobiles auro et argento suffocavit egenos. Deinde applicuit ad portum Sancti Symeonis, qui quoque Soldinus ab incolis appellatur. Iuxta quem est montana Nigra, quam multitudo inhabitat heremitarum di-

Cron. imp.

Ubi de consilio principis et patriarche moram fecit, quousque marchionem de Monteferrato ad se vocaret, qui tunc im Anchonensi erat obsidione; qua vocatione², baronum communicato consilio, Antiochiam se³ festinus adivit. In cuius absentia cum pedites exercitus Anchonensis a nullo refrenarentur, in festo sancti Iacobi vagantium plusquam octo Saracenorum impetu occiduntur; marchio vero transiens per Tyrum comitem Henricum de Campania tunc applicantem maximo suscepit honore; qui ad exercitum veniens dux est ab omnibus approbatus; transiens marchio per Tripolim viduas, orphanos et nobiles auro et argento suffocavit⁴ egenos. Deinde applicuit ad portum Sancti Symeonis, qui quoque Soldinus ab incolis appellatur. Iuxta quem est montanea⁵ Nigra, quam multitudo inhabitat heremitarum diversis linguis et moribus Deum

1) Es muss 'octo milia' heissen. Dass mehr als 5000 Christen bei der Gelegenheit erschlagen wurden, sagt Haymarus Str. 91, ed. Riant p. 91. Aber auch nach Bohaeddin fielen 7000 bis 8000. Andere arabische Schriftsteller haben 10000 als Zahl der Gefallenen, Eracles 7000. Vgl. R. Röhrich, Gesch. des Königreichs Jerusalem S. 521, N. 7. In Salimbene's Quelle stand wahrscheinlich VIII = 8000. Albert machte den Fehler anstandslos mit. 2) Durch Weglassung zweier Worte ist Alberts Satz sinnlos geworden. 3) 'se' hat Albert falsch hinzugefügt. 4) Also den unsinnigen Fehler Salimbene's übernimmt Albert. 5) So die Hs.